

[808-821]¹

1

Noticia de las posesiones que tenía el monasterio de San Pedro de Siresa.

ACH, *Cartulario de Siresa*, copia de la segunda mitad del siglo XII, fol. 6 vuelto, escritura núm. 7 (B).

MBAH, *Colección Traggia*, XI, fol. 33 vuelto-34, copia del siglo XVIII, incompleta (C).

Ed. CASAUS, apénd. XXXII, p. 203 (b).

Ed. TRAGGIA, apénd. XIV, p. 203, resumido (b).

Ed. DURAN GUDIOL, *Colección diplomática*, núm. 4, con fecha 833-850.

[I]ncipit noticia tam de vineis² quam de terris quas habent fratres Sirasienses in Sebori seu in aliis locis, sive de donacione vel etiam de empcione.

Primo dedit Helleco, Acuti presbiteri uxor, vineam que inchoat a via usque ad super ripam fluminis.

Alteram vineam, iuxta priorem, dedit Dacco, filius Acuti et Elleconis, quam dixerunt postea esse de Sancto Iohanne.

Dederuntque fratres presbitero Attoni aliam vineam pro illa in ius cambiū et tenuerunt eam, que et ipsa sicuti prior incipit a via et desinit in ripam Aragonis fluvii.

Pomposus vero filius Garbisionis dedit etiam ille terram circa prefatam vineam quam fratres vineam plantaverunt.

Emerunt siquidem ex Garbisione Vuilleredi de Sancti Martini unam³ terram prope superiorem que et ipsa a fratribus electa est plantata.

Domna namque Pura, uxor Paterni, fecit donacionem pro anima sua, et dedit sub castello unam vineam quam excambiaverunt cum Argemiro pro terra que in congruo erat illis; feceruntque eam vineam.

Musaus autem filius Malaniaci⁴ terram dedit circum superiorem, que facta est vinea.

Domnus Galindo, gratia Dei commes, propter spem vite eterne vel remedium anime sue, dedit terram ubi domus que dicitur [Ciresia]⁵ fundata est.

Comparaverunt etiam ad Garbisione, filio Donati et Munite, terram iuxta memoratam piissimi comitis, in duobus bubus.

Bancio vero Paterni filius, tam pro sua quam et parentum suorum, mercedem tribuit terram unam beatissimo sancto Petro et fratribus possidendam, in terra iuncta est Garbisioni terre, circa namque vineam Helneconis supra prefate.

Elis sacerdos, Galindonis filius, dedit terram quam plantaverunt vineam.

Argemirus dedit vineam prope Helneconis presbiteri terram.

Hec autem omnes terre quas memoravimus, sicuti in superioribus, a via incoant usque ad flumen.

Iosep etenim, filius Argimiri, dedit super ipsam casam et vineam terram simplam.

Asenarius Anderaldi vendidit fratribus⁶ terram in solidos octo, que terra sita est circa vineam domnas Ulinas et via que ducit Surba.

Hec est empcio de villa Surba. Hensuendus et domno Linus, filii Sorbetani, et Hiccilonis, cum cognato Placido et cusinis suis Hensuendo et Comparato vendiderunt eam reverendissimo domno Zaccharie abbati et fratribus eius in unum⁷ et C solidorum.

In Castellilo denique inferiore dedit presbiter Galindo idemque monachus vineam, iuxta illam donationem dedit alteram.

Prope hanc Saporon vendidit aliam.

Alzio Eutholanis, ob Dei amore, circa Saporonis terram obtulit alteram que vinee facte sunt.

In valle Artedense, frater Vincomalus, filius Baionis, misit vineam unam secum in monasterio Syrasie, que sita est in Villela, in loco qui dicitur Ad orta.

Stephanus monachus in eadem Villela dedit nobis unam vineam.

Datto, filius Imbolati, in tribulatione positus, ob gratiam oracionis et missarum quam fecerunt Sirasienses pro eo vel pro anime sue remedium, obtulit beatissimo sancto Petro principis apostolorum terram unam, iuxta vineola Iosep, supra viam que ducit ad castellum.

1 Para la fecha ver la pag. 6 de este libro. 2 tan de] decimis [quam, C. 3 El texto dice: Garbisione] uuille redi desimansine [terram. Durán propone leer Garbissione] ut ille redisset decimam unam [terram. La lectura que propongo se basa en que precisa menos variaciones con respecto a lo escrito, ya que el nombre de Uilleredo/Guilleredo se encuentra en esa época; la palabra desimansine podría ser la conjunción de "de", "sī" (abreviatura de sancti) y "mansine", que podría corresponder a una mala lectura de "Martine". 4 Malaniaco, C. 5 El texto dice casa. Durán propone leer Ciresa, que podría ser 6 fratribus, interlineado en B. 7 El texto lee in unum. Causa la impresión de que ponía un palo, con una abreviatura encima (T), que habría que leer mille.